Membranam. In q̃ ſcribas. Retexens: Diligentius legendo explicãs. Scriptorum. Tũ poetarum: tum alioꝝ. Verũ cum ſcriptorem dicimus ꝑ quandã excellentiam poetã itelligimus. Benignus. Indulgens nimiũ uino & ſõno. Dignum ſermone. i. dignum ꝙ mandet ſatyris: quas ſermones appellat. Quid fiet. Sunt q legant: ſi raro ſcribis: & nõ ſic: & poſtremo adiungãt: quid fiet. Ab ipſis ſaturnalibus. In qbus magna erat potandi copia. De ſaturnalibus autẽ dicemus in eo uerſu. Age libertate decẽbri: quando ita maiores uoluerunt utere. Sobrius. q̃ſi iccirco fugiſti ut

ſ Ic raro ſcribis: ut toto nõ quater anno
Membranã poſcas ſcriptoꝝ q̃q; retexẽs
Iratus tibi: quod uini ſomniq; benignus
Nil dignum ſermone canas. qd fiet? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti: ſobrius ergo
Dic aliquid dignũ promiſſis. incipe: nil eſt.
Culpantur fruſtra calami. ĩmerituſq; laborat
Iratis natus paries diis atq; poetis:
Atq uultus erat multa & præclara minantis:
Si uacuũ tepido cœpiſſet uilula tecto.
Quorſum pertinuit ſtipare platõa menãdro
Eupolin archilochũ comites educere tantos?
Inuidiam placare paras uirtute relicta?
Contẽnere miſer. uitanda ẽ improba ſiren
Deſidia: aut qcquid uita meliore paraſti:
Ponẽdũ æquo aĩo. dii te damaſippe deæque
Verum ob conſiliũ donent tonſore: ſed unde
Tam bene me noſti? poſtq̃ oĩs res mea ianũ
Ad medium fracta ẽ: aliena negocia curo
Excuſſus propriis. olim nã quærere amabã:

ſobrietatẽ obſeruares. Quid ꝰ fiet poſt q̃ ab urbãis ſaturnalibus rus fugiſti? nõne dices aliquid dignũ promiſſis. Nam ſunt ſeruãda quæ de ſermonibus ſcribẽdis promiſiſti. Incipe. Vrget tacentem Nihil eſt. Nullã potes excuſationẽ afferre. Nec ẽ ꝙ culpam in calamos tranſferas q tibi non inſeruiant. Immeritus la. qa iniuria accuſas parietẽ quod ſcripta non ſuſcipiat. Natus. Fabricatus. Iratis. ideſt aduerſis. Habebant ãt antiqui parietes iuxta lectũ cæra illitoſ: ut ſi qd in mentẽ ueniſſet illic añ notarent q̃ memoria laberet. Dicit ergo parietẽ natum diis & poetis iratis: qm̃ nihil in eo notet poeta. Atq uultus. Nã ꝓferebas i uultu neſcio qd quo multa de te ꝓmittere uidebaris. Minantis. i. promittentis. Dixit autem minãtis: ut oſtenderet neſcio qd elationis atq; magnificentiæ in ſuis pollicitatiõibus: ut oĩs timiditas procul abeſſe uideret. Tepido. nã in menſe decembri aprici querun:ur agri. Quorſũ pti. Quaſi dicat: quẽ ad finẽ Platona menã. cõgerere multos e platone multos ẽt ex menãdro libros. Nã ſatyras ſcripturus utriuſq; comediæ ueteris. ſ. & nouæ poetas imitari oportuit ꝑꝑ qd Menandrũ dixit & eupolim. Dixit & Archilochum ꝑꝑ inuehendi uehementiã. Sed neq; iſtis cõtentus erat: niſi ex diuina Platõis philoſophia grauitatẽ ſententiarũ depromeret. Inuidiã p. p. u. r. Mordaciſſima ĩuectiua: ut ſit ſẽſus: Tu ꝑꝑca non ſcribis: qa cum uideas inuideri ſtudioſis uis uirtutem relinq̃re: ut inuidiam a te amoueas. Siren. de ſirenibus iãdudũ. Harum noĩa uaria ponunt. Ergo ꝑter id quod dictũ eſt ſũt qui dicant harũ trium noĩa eſſe: parthenopen: leucoſiam: & lygiam: ſed hic ꝓ cupiditate. Ergo aut deponendæ ſunt cupiditates & deſidia: aut deponendæ uirtutes: quas iã aggreſſus eras. Optime ergo rõ damaſippi & iuſtiſſima reprehenſio: Sed ſuo cõſueto acumine ridet hunc poeta tanq̃ qui nõ uita & moribus: ſed ſolis uerbis philoſopharet. Ergo ridiculum illi ad iis premiũ pro optimis preceptis optat ut. ſ. illum tõſore donẽt quo prolipſæ barbæ moleſtia liberetur. Nã huiuſmodi philoſophi ſeu potius phĩæ oſtentatores & ſimulatores barbã promittebant: & cæterũ corpuſ neglectum apparere uolebant: ut ſpetiẽ quandã cõtinentiſſimi ſeueriſſimiq; uiri præ ſe ferrent. De qbus Iuuenal. Iſpida mẽbra quidem & dura ꝑ brachia ſetæ promittũt atrocẽ animũ. Damaſippũ ãt iſtũ mercatorẽ fuiſſe ferunt. Verum cũ mercatura ĩfœliciter uſus oĩa amiſiſſet: ac ex ſũma rerũ deſperatione ſe in fabritiũ fontẽ uel ex fabritio ponte ꝑ̃cipaturus eẽt a ſtertinio ſtoico longo ſermõe pſuaſus & mortis cõceptæ cõſiliũ depoſuit & ſtoicæ diſcipline ſe dedit. Verũ ſi diligentius poetæ in eũ dicta aduertamus mlto plus uanitatis q̃ ſolidæ ſapiæ. in hoĩe fuiſſe cognoſcemus: ut ſit ex iis quos ultra ſauromatas Arpinas ille ſatyrus fugiẽdos cenſeret quotiẽs aliqd de moribus audẽt Et curios ſimulãt & bacchanalia uiuũt. Ad mediũ ianũ. Ad mediã mercaturã. Nã ianũ mer